Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift

querum retulimus adherentes: qui uere iuxta lxx edi
tionē corona iniquitatis sunt dicti blasphemantes: omni
a mercedis causa facientes de gla dei conciderunt.
nec sectantur tenuitatē mentis & humilitatē ecclesi
asticā sed in monte pinguissimo uersantur ebrii absq;
uino. Propterea fortis & durus furor dei quem eos punitu
rus est grandium peccatorum que innumerata simi capita mor
talium rum & multarum aquarum mundationib; cōparat
que quecquid obuium inuenerit trahunt. Hęc corona
iniquitatis mercenarii appellantur effraym. qui iuxta
aplm turpis lucri gratia de flore & spe ac gloria pristi
ne fidei corruerunt. & uersantur in superbia & dulcis
simus cibus diaboli sunt qui eos cotidie deuorat. Se
cundū ppheta illud possumus dicere. qd coronam
iniquitatis uocat scribas & pharisaeos qui dnm blasphema
bant & appellant mercenarii ephraym ppter iuda
qui de tribu ephraym & de uico eidem tribus scarioth
dnm precio uendidit. qua uere flos apostolicę glorię
cecidit super montē pinguissimū de quo dictū putamus.
Inducant & bibet iacob & sanctificatus ē & impinguatus &
recalcitrauit dilectus. Siue ut iuxta hebraicū super uallē
pinguium idē getsemanym in quo ecia nomen loci significa
tur in quo iudas dnm tradidit. Vallis aut pin quis
siue pinguium dr ppter uberta tē & scri
bas & pharisaeos. quibus dnm ēprehenderunt.
De quibus in psalmo scriptū est. tauri pinques
obsederunt me. Hęc uallis pinguium idest
getsamenym in hoc capitulo secundo appel
latur. & miror quom lxx primū ea dixerint